

Viridis æris ana ꝑ ij.
Aluminis rubri ꝑ j.
Calcis vivæ ꝑ ß.

Destillentur in alembico vitreo. Rejiciatur primus liquor: secundus efficacior erit, & servetur usui. *Rondeletius.*

Alia, ad rugas faciei.

R. Decoctionis Bryoniæ, Decoctionis Ficum ana partes æquales.
Abluatur facies. *Rondeletius.*

Ad impetigines faciei.

R. Aquæ Lapathi acuti ꝑ iv.
Boracis ꝑ iij.
Salis communis ꝑ j.
Aceti scillitici ꝑ j.
Misce. *Rondeletius.*

Aqua ad prohibendas impetigines.

R. Aceti albi optimi ꝑ iij.
Succi Lapathi acuti, succi Limonum ana ꝑ iij.
Lithargyri auri ꝑ j.
Decoquantur leviter, deinde destillentur, & ad usum ferventur. *Rondeletius.*

Aqua ad dealbandas faciei maculas.

R. Aquæ vitæ optim. part. iij.
Florum Anthos part. ij.
Macerentur simul per diem & noctem: deinde destillentur. *Rondeletius.*

Aqua ad tollendum omnes molestias in facie.

Florem farinæ frumenti subigito cum sextario lactis caprim: inde panem in furno leniter coquito, & extrahito, antequam nimium coctus sit. Hujus panis medullam per minuta frustra divisa, aut friatam, & in alio recenti lacte caprino infusam per sex horas relinquito. Admiscibus

A aquam in duodecim albuminibus ovorum cum spongia factam: calcis de putaminibus ovorum ꝑ j. caphuræ, aluminis saccharini, corali albi ana ꝑ ij. Omnia trita cum liquidis incorporentur, & in alembico vitreo destillentur. *Alexius.*

Aqua ad rugas faciei.

R. Malum granatum N. j.

Ab interioribus munda & evacua: infunde serum lactis cum vino ana q. f. & coque, donec vinum evanuerit: & utere. *Marinellus.*

B

Aqua ad maculas faciei.

R. Aquæ Rotarum,
Succi Limonum ana ꝑ iij.
Sublimati ꝑ ij.
Albuminum ovorum N. iv.

Misce omnia diligenter: deinde pone ad Solem per dies octo, & serva ad usum. *Isabella Correja.*

Alia, ejusdem.

C

R. Lactis Asinæ ꝑ iv.
Vini albi ꝑ j.
Medullæ panis recentis N. ij.
Ovorum cum corticibus N. xij.
Sacchari candi ꝑ iij.
Contusa destilla.

Aqua ad delenda variolarum vestigia.

R. Masticeis, Myrrhæ, Aloës hepaticæ, Nardi, Sanguinis Draconis, Olibani, Opopanacis, Bdellii, Carpobalsami, Croci, Gummi Arabici, Styracis liquid. ana ꝑ ij ß.

D

Terantur omnia, & cum Terebinthina ad pondus omnium, destillet vitreis organis liquor. Idem facit aqua e fabis, e pedibus vituli, artetis, porcellorum, e melle, radice serpentariæ, limonibus, arantibus, floribus fabarum, corticibus ovorum, &c. *Rubeus.*

De Potionibus ornantibus corpus, Sectio II.

Potio impinguans corpus.

R. Farinæ Cic erum, item Fabarum,
Hordei, Oryzæ ana part. j.
Farinæ Lentium,
Farinæ Papaveris albi ana part. ß.
Farinæ Frumenti,
Farinæ Sesami ana part. j.
Sacchari duplum.

Coquantur in sufficienti quantitate lactis ovini: de quo sumat quotidie stomacho jejuno poculum unum, superdormiendo per horam dimidiam. *Marinellus.*

Alia, ejusdem.

R. Lactis,

E

Aquæ fontanæ ana ꝑ j.
Coquantur simul usq; ad consumptionem aquæ deinde adde
Sacchari Penidii,
Butyri recentis ana ꝑ j.
Olei Amygdal. dulc. recent. ꝑ ß.
Coquantur iterum bullitione una: & sumatur stomacho jejuno, aliquandiu superdormiendo.

Potio maciem inducens.

R. Aristolochiæ rotundæ ꝑ j.
Centaurii minoris ꝑ j.
Gentianæ, Polii, Petroselinii ana ꝑ iij.
Trita sumantur cum vino albo, stomacho jejuno. *Marinellus.*

De Balneis mundantibus corpus, Sectio III.

Balneum mundans.

R. Parietariz, Malvæ cum rad. Acanthi,
Violariæ ana M. j.

Hordei integri P. ij.
Violarum, Chamomillæ ana P. iij.
Fiat decoctio in aqua pluviz, & in ea paretur bal-

neum, quo jejuno ventriculo lavetur. Deinde ubi sudaverit corpus in lecto, diligenter detergendum est. *Rondeletius.*

Balneum corporis sordes abstergens, ipsumque venustum reddens.

R. Salviae, flor. Lavendulae,
Flor. Rosarum ana M.ij.
Salis parum.

Coquantur in aqua, vel lixivio, q. f. fiatque lavacrum non nimis calidum, in quo totum corpus ante cibum horis duabus lavetur. *Marinellus.*

Aliud ejusdem, ad sordes.

R. Aquae Rosarum, Aceti, Salis ana quantum sufficit.

Fiat decoctio cum aqua fontana: de qua

R. Pocula duo, Furfuris q. f.

Misce, quo fricetur totum corpus: deinde mulier se abluat aqua calida, vel balneum aquae dulcis ingrediatur.

Balneum ad cutis vitia pro biliosis.

R. Hordei mundati P.ijj.
Althaeae, Malvae, Violariae ana M.ijj.
Berae, Parietariae, Buglossae,
Borraginis ana M. j.
Sem. Cucurbitae, item Citrulli,
Melonum, Cucumeris,
Lini, Foeniculi ana s. ij.
Violarum, Rosarum, flor. Nenupharis,
Florum Liliorum ana P. ij.

A Fiat decoctio in decoctione pedum & capitis arietis, & paretur balneum tepidum. *Rondeletius.*

Balneum ad cutis vitia, valentius.

R. Rad. Liliorum, item Serpentariae,
Bryoniae ana Tb. j.
Borraginis, Buglossae, Fumaris,
Saponariae ana M. ij.
Parietariae, Adiantum, Malvae,
Violariae ana M. j.
Hordei integri, Fabarum excort.
Oryzae ana s. ij.
Flor. Melleti, item Chamomillae,
Anthos, Malvae, Violarum ana P. ij.
Rad. Ireos, Nitri ana q. f.

Fiat decoctio pro balneo. *Rondeletius.*

Balneum odoriferum pro nobilitioribus feminis.

R. Rosarum, Cort. Mali citri,
Flor. Mali Citri, item Mali arantii, Jasmini,
Lauri, Rosmarini, Lavendulae, Menthae,
Pulegii, Aquae fontanae ana q. f.

Coquantur simul laviter, pareturque lavacrum: cui adde

Olei Spicae G. vj.

Mofchi G. v.

Ambræ G. ij.

Aloe dulcis s. j.

Ingredietur femina horis duabus ante cibum. *Marinellus.*

De Lotionibus, seu Lixiviis ornantibus capillos, Sectio IV.

DE LIXIVIIS CAPILLOS TINGENTIBUS FLAVOS.

Lixivium capillos pulchriores reddens.

Si velis capillos pulchriores reddere, & redolentes, caput lixivio, à Galeno stillantio nuncupato, abluito: confectio utriusque ex paucis vitis crematae cinere, nodorum paleae hordei, & glycyrrhizae mali terrae, seu cyclamini: dumque caput pedetur, capillis caryophyllorum pulverem superaspergitur, rosarum, nucis moschatae, cardamomi & galangae cum rosacea, pectine etiam in eisdem maledactio. Redduatur & polchri glandium sapor decocto saepius loti. *Marinellus.*

Aliud flavos reddens capillos.

R. Rubiae tinctorum, Stoechadis citrinae, Polytrochi, Absinthii, Lupinorum ana q. f.
Ponantur in aqua, vel lixivio, in vase vitreo per novem dies, movendo singulo die bis: & infundatur spongia in ea, cum qua laventur capilli: & post exiccationem laventur cum aqua calida & sapone. *Bayrus.*

D *Lixivium capillos aureo colore tingens.*

R. Palearum Hordei, Cort. Glycyrrhizae, Rasurae Buxi, fol. Buxi, Croci, Cumini ana q. f.

Lixivium est fermentatio cinere q. f.

Coquantur omnia bene, & fiat lixivium: quo si saepius capilli laventur, maxime flavescunt, aurique colorem imitantur. *Alexius.*

Lixivium capillos flavos reddens.

R. Lixivii fermentorum q. f. ad lavandum femel capillos.

Flor. Thapsi barbati, flor. Stoechados,

Rad. Chelidoniae ana P. j.

Coquantur simul. Ex hac decoctione caput prius lotum lixivio communi, & siccatum rursus lavetur, & sentim siccetur linteis calidis. Itaque mulieres bullunt in lixivio communi flores stoechados contusos, & rasuram Sandali citrini. *Rondeletius.*

Aliud, ad idem.

R. Buxi rasi, Stoechadis, Cort. Mali citri, Glycyrrhizae tritae, rad. Ungulae caballinae, Capillorum Venetis ana q. f.
Croci parum.

Coquantur in aqua usque ad consumptionem tertiam.